



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo possit dici solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus,
cum sint inseparabiles. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Opinionem hereticiponit, ut destruat.

Sed forte dicis, eo ipso pater est maior filio, qui de nullo genitus, genuit tamē & qualēm. Ad quod cito respondebo: imo ideo nos est pater maior filio, quia & qualēm sibi genuit. Origenis enim questio ista est, quis de quo sit: equalitatis autem, qualis aut quantus sit, quod est dicere. Ad Orig. pertinet questio qua queritur, quis de quo sit: ad & qualitatē vero illa qua queritur qualis aut quantus quis sit. Nec cum dicitur filius à patre genitus, ostenditur inqualitas substantiæ, sed ordo naturæ, non quo alter prior esset altero, sed quo alter est ex altero. Non ergo secundū hoc quod pater genuit, & fili⁹ genit⁹ est, vel spirit⁹ S. ab utroque procedit, equalitas vel inqualitas ibi existet: quia nō secundū hoc alia persona alii & qualis vel inqualis dicitur. Ecce & qualitas. Trinit. & vna eademq; substatiæ, quātū breuiter potuimus, demonstrata est in superiorib⁹: qualiter scil. aliqua trium personarū quamlibet aliam nec eternitate, nec magnitudine, nec potentia excellat.

QVÆRITVR QVOMODO POSSIT DICIS
Solus Pater, vel Solus Filius, vel Solus Spiritus sanctus, cum sint inseparabiles.

DISTINCT. XXI.

Distin. 19.

Hic oritur quæstio trahens originem ex prædictis. Dicū est enim supra, quod tantus est solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus Sanctus quantum simul illæ tres: & quod duæ vel tres personæ simul non sunt maius aliquid, quam vna persona sola. Ideo querit August. in 6 lib. de trinit. quomodo hęc sane dici possint, cum nec pater sit solus, nec filius, nec spiritus S. sed semper & inseparabiliter & filius cum patre cum filio, & sp.

Aug. 7. li. 6.

Aug. in fine S. cum utroque. Inseparabiles enim sunt hęc tres personæ. Ad quod respondet August. in eodem.

Solum

Solum Deum patrem dicimus, non quia separatur a filio, vel a spiritu sancto: sed hoc dicentes significamus quia illi simul cum eo non sunt pater. Solus enim pater, pater est. Quod non dicitur quia ipse sit solus, id est, sine filio, vel spiritu S. sed per hoc filius, vel spiritus S. a paternitatis consortio excluduntur. Ita & cū dicitur, solus filius filius est, vel solus spiritus S. est spiritus S. non dividitur filius a patre, vel spiritus sanctus ab utroque; sed a consortio filialis proprietatis excluduntur pater & spiritus S. & a consortio processibilis proprietatis pater & filius. Cum ergo dicitur, tantus est solus pater, quantum simul illi tres, per hoc quod dicitur *In princip. ca. 8. lib. 6.* solus, non separatur pater ab aliis: sed hic est sensus. solus pater, id est, pater qui ita pater est, quod nec filius, nec spiritus sanctus, tantus est, &c. Similiter intelligi cum dicitur, solus est filius, vel solus est spiritus S. Solus ergo pater dicitur, ut ait *August. in Aug. in eodem, quia non nisi ipse ibi pater est: & princip. ca. 9 eiusdem libr. 6.* solus filius, quia non nisi ipse ibi filius est: & solus spiritus S. quia non nisi ipse ibi spiritus sanctus est.

*Vtrum possit dici, solus pater est Deus, solus filius est Deus,
vel solus spiritus est Deus: vel pater est solus Deus, vel
spiritus sanctus est solus Deus.*

POST haec queritur, vtrum sicut dicitur, solus pater est pater, vel solus filius est filius, ita possit dici, solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, ita & de spiritu S. Aut pater est solus Deus, filius est solus Deus. Ad quod dicimus, quia pater & filius & spiritus S. dicitur, & est unus Deus: & haec Trinitas simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut solus sapientia & solus potens. Sed non videtur debere dici a nobis, verbis nostris utib⁹, nisi ubi sermo auctoritatis occurrit. solus pater est Deus, vel pater est solus Deus, ita de filio & spir. S. dicim⁹: Vnde Aug. in 7. li. *ca. 9. lib. 6.* de Trin. ait: *Quoniam ostendimus quomodo pos-* *continuo, set* *ad Tr. 6. d.* *Cap. 9. lib. 6.* *in princip.* *Aug. ibid.*